Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416605-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416605-p0002-9

1799,4.

# ORDINARIVS
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES
FACVLTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS
MEMORIAM
# SCHVITZIO-GERSDORFIANAM

D. XX. MARTII A. C. MDCCIC.

HORA IX.

SOLENNI ORATIONE
IN
AVDITORIO SVO
CELEBRATVM IRI
INDICVNT

---

INEST
*Reſponſor. Iuris XCVII.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416605-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416605-p0004-0

## RESPONS. XCVII.

*Regula, In dubio benigniora eſſe praeferenda, interdum fallit.*

Hoc praeceptum ab iis, quibus in republica Romanorum de jure reſpondere conceſſum erat, ſapientis jurisprudentiae auctoribus, propoſitum potiori jure aetas hodierna ſibi vindicat. Quae videlicet artibus emollita de poenarum atrocitate, ab aſperitate majorum accepta, temperanda et ſeculi genio magis accommodanda paſſim laborauit, et adhuc laborat. Jura enim et obligationes, reales ſint, an perſonales, quibus ciues ciuibus obſtringuntur, quod attinet, quoniam omnes aequo jure vtuntur, nemine monente omnes intelligunt, in his aeſtimandis judicandisque, ſenſu benignitatis plane remoto, ſolam juſtitiam poſſe occupari. Nam quod alibi legimus, rei partes fauorabiliores quam actoris, et jura ad liberandum proniora, quam ad obligandum, eſſe; hoc vnum innuit, obligationes explicitas et indubias eſſe debere.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416605-p0005-5

Vt vero criminoſi puniantur, pariter laeſi, pariterque reipublicae intereſt. Et quoniam injuria reſpectu laeſi immediata, reſpectu reipublicae vero mediata, et haec ex illa aeſtimanda eſt, conſequitur, ſalua juſtitia naturali, poenam delinquenti ſtatui non poſſe, quae nouam laeſo moleſtiam afferat. Vt pro perſonarum rerumque varietate, ne vxor et liberi fame preſſi ad mendicitatem redigantur, ſibique et ſimul reipublicae oneri ſint, ſaepe juſtius adulter virgis caedi, quam carcere vel ergaſtulo includi videatur. Si non omnino hujus delicti vindicta, quam laeſus non poſtulat, ſummo rerum moderatori, diui Apoſtoli ſuaſu ad Ebr. C. XIII. v. 4. relinquenda eſt.

Aeque minus vero ab arbitrio laeſi, mediate, vel immediate hoc fiat, ſalua juſtitia, pendere poteſt poenae modus, vt potius laeſionis grauitas, indeque metuendum reipublicae periculum ſapienti conſilio a Principe vel judice aeſtimandum, et ex hac aeſtimatione poena definienda eſſe videatur. Quamobrem quum fieri poſſit, vt, eodem delicto a duobus commiſſo, propter ea, quae circumſtant, ex altero graue, ex altero nullum reipublicae periculum immineat, vt potius, qui deliquerit vtile membrum, ejusque adeo amiſſio non leue damnum futurum ſit, a lege generaliter lata ipſius reipublicae cauſa abſtinendum eſſe, et illud Vlpiani, leges generaliter, non in ſingulas perſonas conſtituuntur, huc inprimis pertinere putem. Hujusmodi exempla ſaepiſſime in furto magno a juvene prima vice commiſſo, eodemque reſtituto, obueniunt, vt in carcere aliquot

quot ſeptimanarum, et ergaſtuli in euentum repetitionis comminatione ſubſiſtere ipſa reipublicae ratio jubere videatur.

Scilicet conſentiunt omnes, primum poenarum finem eſſe emendationem. Ecquis vero poſſit emendationem ab ejusmodi manſione expectare, quae, dum communi opinione infamat, honeſti ſenſum deprimit, et a conuerſatione cum honeſtis arcet. Poſſunt igitur in cauſis poenalibus exempla obuenire vereque obueniunt, in quibus mitiorem lege ciuili poenam aequitatis, praeſertim in Chriſtiano, et reipublicae ſtudium, non dicam commendat, potius flagitat.

Neque tamen deſunt in contrarium exempla, in quibus, ſi legi ſcriptae inhaerere velimus, juſto mitiores ſimus. Ejusmodi nobis nuperrime occurrebat.

Nequam, commiſſis aliquot furtis leuioribus, puellam honeſtam ſub dio vi compreſſerat, et in rapina alii mulieri in via publica inferenda occupatus, tandem deprehenſus omnia haec flagitia confeſſus, duabus ſententiis ob ſtuprum violentum, miſſis reliquis facinoribus, gladii poena affectus, ob nouam ex clementiſſimo Principis reſcripto defenſionem nobis tradebatur puniendus.

In art. CXIX. C. C. C. haec legimus, *ſoll auf Beklagung der Benöthigten in Ausführung der Miſſethat einem Räuber gleich*

 *mit*

*mit dem Schwehrdte vom Leben zum Tode gerichtet werden*, et Conſt. XXX. Part. IV. poenam gladii jure communi ejusmodi raptori ſcriptam confirmat, adeoque ſuppoſitam conditionem illam, *der Beklagung der Benöthigten* ſimul approbaſſe exiſtimanda eſt. In re praeſente vero vim paſſa neque injuriam ſibi factam judici nunciauerat, neque interrogata, ob eam fuerat conqueſta, in nuda potius facti narratione ſubſtiterat. Hanc ob rem, quoniam lege ſcripta duriori eſſe non licet, capitalem poenam non eſſe confirmandam conſentientes, quae in ejus locum ſurroganda ſit, dubitabamus.

Et quanquam veteri jure fuſtigatio cum perpetua relegatione proxima a capitali poena erat, eamque hodienum jure communi excipit, cujus locum apud nos ergaſtulum quatuor annorum occupat, exiſtimauimus tamen, quoniam furibus pro modo pretii ablati et non reſtituti ergaſtuli poenam decennium duraturam leges noſtrae imponunt, longe atrocius crimen, cum tanta publicae ſecuritatis violatione ab homine ad omne nefas tam procliui commiſſum breuiori tempore expiari, ſalua juſtitia, non poſſe.

Adeoque ſententiam ſequentem in modum tulimus: *Daß in der letzlich übergebenen Schutzſchrift zwar ſo viel, daß es der* C. T. *fol.* 142. *erkannten anderweiten eydlichen Beſtärkung* C. T. *nicht bedürfe, und* C. A. *mit der ihm zuerkannten Strafe des Schwerds zu verſchonen ſey, ausgeführet worden: Es iſt aber* der-

derſelbe, ſeiner begangenen und eingeſtandenen Verbrechen halber, nach vorgängiger ein- bis zweyſtündiger Ausſtellung an das Halseiſen, mit zehnjähriger Zuchthaußarbeit zubeſtrafen, und, daß er nach Ablauf ſolcher Zeit zu leidlicher Arbeit daſelbſt auf Lebenszeit enthalten werde, der höchſten Entſchließung anheim zu ſtellen. Im übrigen ſind die fernerweit verurſachten, und zu Vollſtreckung der auferlegten Strafe erforderlichen Koſten aus deſſen Vermögen einzubringen. V. R. W. ex ratt. Obwohl dem Defenſori nicht beyzupflichten, wenn er in dem allhier in Unterſuchung befangenen Verbrechen die Gewiſsheit des corporis delicti zu bezweifeln, und in dieſer Hinſicht zu behaupten ſuchet, daſs weder der Thäter bey der Nothzucht, noch die vim paſſa von der immiſſione ſeminis völlige Ueberzeugung haben, mithin man, ob das Verbrechen in der That vollbracht worden ſey, nicht wiſſen, eben deswegen aber auch, da, bey Beſtimmung der Strafe in zweifelhaften Fällen auf der gelindern Meynung zu beſtehen ſey, die Todesſtrafe nicht ſtatt finden könne; Daſs vielmehr, da menſchliche Einſichten dahin nicht reichen, von eines andern Empfindungen beſtimmt urtheilen zu können, dieſe Meynung ſo wenig in abſtracto, als beſonders in dem gegenwärtigen Falle ſtatt finden mag, angeſehen dieſen Umſtand die zur Unzucht genöthigte Perſon beſage fol. 16b. ſo unbedenklich angezeiget, als Inquiſit ihn in der Beantwortung des 63ſten Inquiſitional-Artickels fol. 105. eingeſtanden, mithin nicht abzuſehen, weshalb ihn der Richter ſollte bezweifeln können; Eben ſo wenig auch die

in

*in neueren Geſetzen geminderte Strafe des Ehebruchs die Folgerung geſtattet, daſs die Nothzucht nicht mit dem Leben zu verbüſsen ſeyn könne, da bey letztgedachtem Verbrechen auſser der Unzucht zugleich Gewalt und Raub, mithin die gewaltſamſte Stöhrung gemeiner Sicherheit verſchuldet wird; Endlich unter Vorausſetzung, daſs die in vorigen Rechtsſprüchen erkannte Strafe des Schwerds die Strenge der Geſetze überſteige, dafür gehalten werden dürfte, daſs zu Beſtimmung der anjetzo Inquiſiten auferlegten Strafe es an einem zureichenden Rechtsgrunde ermangle: Dennoch aber und dieweil die 30ſte Conſtitution* P. IV. *die in gemeinen und Sächſiſchen Rechten auf die Nothzucht geſetzte Strafe des Schwerds beſtätiget, hierzu aber die peinliche Hals-gerichts-Ordnung* art. CXIX. *die vorgängige Beklagung der Benöthigten erfordert, worauf, da dieſe die durch das Verbrechen unmittelbar gekränkte Perſon iſt, zu beſtehen, die Natur der Sache erfordert, dieſer Meynung auch bewährte Rechtslehrer beyflichten, ſ.* Carpzou. Criminal. Qu. LXXV. infin. Ioan. Paul Kreſs ad Conſtitt. Criminal. art. 119. §. 6. not. 2. *Allhier aber die* T. *wie* ex fol. 14. *und* 15 ſeqq. *zu erſehen, die erlittene Nothzucht nicht nur nicht angezeiget, ſondern auch, nachdem ſie darüber auf vorgängige Anzeige* V. S. B. *befraget worden, die erlittene Schmach zwar umſtändlich erzählet, jedoch dabey auf Beſtrafung des Thäters nicht angetragen, und hierdurch, daſs ſie das ihr angethane Ungemach ihm verziehen habe, ſtillſchweigend gnüglich zu erkennen gegeben; Welches denn in Verbindung mit der* l. 168. D. de Reg. Iur *für einen*

*hin-*

*hinlänglichen Rechtsgrund, von der Todesſtrafe abzuweichen, allerdings zu achten iſt; Eben deswegen aber auch, da Inquiſit* ad Art. inquiſ. 18 ſeq. 104. 32. ſqq. *und* 66. ſeq. fol. 101b. ſeqq. *theils einen Diebſtahl wirklich begangen, theils einen andern und mehrere Räubereyen beabſichtiget, und ſolche, wenn er nicht durch Dazwiſchenkunft anderer Perſonen abgeſchreckt worden wäre; wirklich begangen haben würde, das gemeine Beſte es erfordert, eine ſo gefährliche und zu ſo gewaltſamen Stöhrungen öffentlicher Sicherheit aufgelegte Perſon ſo viel möglich nicht nur zu jedermanns Kenntniſs zu bringen, ſondern auch das gemeine Weſen gegen deſſen fernere Angriffe zu ſichern; Wobey man denn die Gerechtigkeit des Landesherrn und Geſetzgebers bezweifeln müſte, wenn man die auf das mindere Verbrechen eines beträchtlichen Diebſtahls in gewiſſer Maaſe geſetzte zehnjährige Zuchthauſsſtrafe von einem in mehreren Rückſichten weit ärgern Uebelthäter, welcher nur wegen eines ihm günſtigen Nebenumſtandes der Lebensſtrafe entgehen kann, nicht für verwirkt, und ihn der öffentlichen Sicherheit halber zu Lebenslänglicher Enthaltung nicht für Empfehlungswerth halten wollte; So iſt* etc.

Has cum republica litteraria meditationes communicandi copiam nobis fecit matrona quondam venerabilis ex perilluſtri gente de GERSDORF, vidua tribuni militum de SCHUITZ. Fuit haec tanto in litteras amore, vt juſſerit omnes, qui ex vtraque hac gente litteris incumberent, opimo ſtipendio ex larga ſorte in hanc rem conſtituta juuari.

Quo beneficio jam adiutus vir juuenis generoſiſſimus CAROLUS HENRICUS TRAUGOTT DE GERSDORF, eques Luſatus, inſtante proximo Mercurii die, ſolenni oratione, qua ciuitatis finem ſingulorum finem eſſe debere demonſtrabit, grati animi ſenſum exponet. Noſtrum autem ſuit, hanc rem Vobis, RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, PRINCEPS SERENISSIME, ILLUSTRISSIMI COMITES, PROCERES vtriusque Reipublicae Grauiſſimi, Generoſiſſimique ac Generoſi commilitones, nunciare, additis precibus obſeruantiſſimis, velitis haec ſolennia praeſentes illuſtrare et condecorare.

Scribeb. Lipſ. Domin. Palmar. A. C. MDCCIC.

---

EX OFFICINA SAALBACHIA.




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416605-p0012-4

ULB Halle 3
003 084 051
Sb.
Vd 18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416605-p0013-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416605-p0014-5

1799,4.

# ORDINARIVS
## SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES
## FACVLTATIS IVRIDICAE
## LIPSIENSIS
## MEMORIAM
# SCHVITZIO-GERSDORFIANAM

D. XX. MARTII A. C. MDCCIC.

HORA IX.

SOLENNI ORATIONE

IN

AVDITORIO SVO

CELEBRATVM IRI

INDICVNT

---

INEST

*Reſponſor. Iuris XCVII.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-416605-p0015-1